



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Jutta Vidua. 5. Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

292 VITA SANCTORUM. 5. Mart.
palam castigasset, immisâ hæreticorum
manu, in ipso templo, plura vulnera pro
concione interque hæc lethale accepit.
Atque ex hoc paulo post mortuus, ad
cognomines abiit ANGELUS. Ex Brev.
13. tom. Ann. Eccl. & Ferr.

Quid ultra debuit facere Christus & non
fecit? Cujus vel saxum pectus tanta & ta-
lis, à tanto & tali collata multitudo bene-
ficiorum non emolliat? quidquid igitur
es, quidquid potes, debis creanti, redi-
menti, vocanti. S. Bern. super illud,
Regnum Dei, &c.

S. JUTTA VIDUA. 5. Maii.

QUI JUTTAM legis, legentem lege.
Nam & ille à teneris vitas legere Di-
vorum gaudebat; sed &, quod pauci
facimus, facere gaudebat, quæ legerat.
Nubilem jam & fugam è mundo medi-
tantem, nuptiæ illustres implicarunt, ne-
que tamen manus virtuti ligarunt. Mun-
dum omnem muliebrem, quem à paren-
tibus & ipsis illustribus nobilissimum
acceperat, ad vestienda ornandaque
menducabula omnem contulit, rectè
non pulchrius micare gemmas & unio-
nes rata, quam in pauperis Christi cen-
tonibus. Jamque eò devenerat, ut deco-
ctâ ingenti dote, necessaria ad vitam
mendicare ipsa non sine risu improbo-
rum cogeret. Sed laudavit Christus
hanc

6. Maii. VITÆ SANCTORUM. 293
hanc prodigalitem conspicuus, & ite-
rum ditavit illis verbis: *Omnia mea tua
sunt, & tua mea.* Enimverò tam opulen-
tam se ubi circumspexit J U T T A, effusior
etiam dehinc vixit. Neque tamen redigi
ad incitas potuit liberalis dextera. Iterum
Christus illi visus potestatem fecit ex di-
vite cordis sui arario quas luberet opes
depromendi. Illa Sapientiæ sanctioris
thesauros deprompsit, ut jam sine alio
Doctore arcana fidei calleret, & in ipsa
adita sanctissimæ Triadis mulier se pene-
traret. Nimirum neque jam supremum
ægram à Christo ad notas delicias invita-
tam miror, neque dubito animum mem-
bris solutum rectâ in cælos abiisse, cum
versus hos in aërem abiisse inter preces,
etiam cum corporis pondere legam. *Ex
Bzov. tom. 13. Ann. Eccl.*

*Suscipiat fidelis anima Auctoris sui at-
que Rectoris immarcescibilem charitatem
totamque se ejus subjiciat voluntati, in cu-
jus operibus atque judiciis nihil vacat à ve-
ritate Justitiæ, nihil à miseratione Clemen-
tiæ. S. Leo ferm. de Jejun.*

S. JOANNES DAMASCENUS.
6. Maii.

ETiam hic JOANNES, cui à patriâ D A-
MASCENO nomen fecit, inter Vir-
ginis cultores in paucis est numerandus.
Cum enim Sarracenorum Duci à confi-
lius